1570. d. 12. 7br: Ex ms. Bibl: Zalus: no 244

Sigismundo Augusto Regi Poloniæ
Ejusdem Commissarij.

63

Sabbato præterito puerum ad S. mtem vestram regiam misimus ferentem responsa Danorum et Suecorum, et quæ hic hactenus acta sunt. Cum autem cognoverimus, Ill: dnum ducem Pom: mittere ad ipsam de injurijs quibusdam et controversijs finibus, noluimus, quin ei quoq literas ad eam ipsam daremus, eiq indicaremus, quæ heri a nobis acta sint cum ducalibus consiliarijs. Ita nos nihil eorum prætermittimus, quæ ad causam S. mtis vræ Regiæ pertinere existimamus. Quod si quid ea in actionibus aut in consilijs nostris non probat, admonere nos, et præscribere nobis dignetur, quid et quomodo a nobis agi velit. Nonnunq sanè in rebus quoq magnis è re nata capienda sunt consilia. Danis nihil respondemus, cum quod frustra id ageremus, ijs ipsis arbitris, et reis, tum quod a Mte vestra regia, et a Magco dno Castellano, Civitateq Gdanensi ea documenta non habemus, quibus eos negantes convincamus: nec libet cum eis rixari. Sueci a navigatione narvica prohibenda, et a Revalia reddenda abhorrere videntur. Quod si concederetur eis Revalia, fortassis non abnuerent navigationem illam impedire, et mutuum dotem, et quæ præterea sibi deberi arbitrantur

No. 17.

Nowakowski

arbitrantur. M^ti vestræ regiæ remitte:
rent: Lubecenses vero facilius ad partes
nostras pertraherentur, fœdusquè
firmius adversus Moschum constitue:
retur, et Danus mitior fieret. Esset
etiam operæpretium nos scire, quid a Mo:
scho nuper allatum sit, et quibus de re:
bus M^tas vestra regia ad S. regem
Suecorum, quoq modo agat, ne quid di:
versum ab ijs nos hic agere videamur.
Quod restat M^tem v^ram Regiam Ect.
Stetini duodecima Septembris. 1570.